

IN VIĀ LATINĀ CORNELIUS DĒ EQUŌ CADIT

Cornelius, qui dominus Romanus est, Romae in parvā villā habitat. Is Dorippam vidēre vult, quod eam amat atque ab eā amatur, sed ea Tusculī habitat.

Itaque Cornelius in equum suum Album ascendit et ire eum iubet.

In viā Latinā, dum Romā Tusculum it, Cornelius lupum videt, ergō perterritus est; Albus, ipse perterritus, currit, itaque Cornelius dē equō suō cadit et pedem pulsatur atque sanguis e pede fluit.

Cum Cornelius oculos aperit, solus est: nec Albus nec lupo adsunt.

Cornelius Tusculum ire vult, sed non potest, quia pes eius dolet, ergō ambulāre non potest; itaque Cornelius in umbrā sedet et exspectat.

Dum Cornelius exspectat, lecticam videt, et is ā servis qui lecticam vehunt videtur. Servus dicit: “Domine, Cornelius ante lecticam tuam est!”. Nam illa lectica Iulii est.

Iulius, qui Cornelium videt, dicit: “Consistite, servi! Hic dominus amicus meus est!” Cornelius: “Salvē, amice, quō it amicus meus cum servis suis?”

Iulius: “Amicus tuus Tusculum it. Amicusne meus ad illud oppidum ire vult?”

Cornelius: “Is vult!”, ergō in Iulii lecticam ascendit et servos Tusculum ire iubet.

Iulius: “Ubi est equus tuus?” Cornelius: “Is lupos timet, itaque cum lupo videt, procul ab eō abit.”

Iulius eum equum stultum esse putat, sed Cornelius, qui equum suum amat, dicit: “Non stultus est, sed perterritus, quod is lupos timet.” Iulius ridet: “Equus tuus non modo stultus est, sed etiam parvos lupos timet!”

Cornelius, iratus, dē lecticā cadit, itaque Iulius servique rident; Cornelius magnā voce clamat: “Hi pedes ambulāre possunt!”, et pedibus Tusculum it.

Cum Tusculum vidēre potest, Cornelius laetus ad Dorippae villam currit, ubi bibere et dormire vult, quod fessus est.

In villā reperit equum suum, cui dicit: “Is probus equus est”. Iam Dorippam canere audit atque currit ad eam, quae Corneliō poculum aquae dat, sed is: “Hoc nimis parvum est, non tam magnum quam illud!” Dorippa: “Ecce magnum poculum aquae, domine!”, atque ridet; Cornelius quoque ridet, Albus ipse laetus est.

Cum Cornelius sē fessum iam non sentit, Romam revenire vult, sed dum viam Latinam percurrit, Albus, qui canem latrare audit, perterritus currit. Cornelius rursus cadit et clamat: “O, stultum equum!”.